

SYLLOGE  
**QUÆSTIONUM EX**  
 PARTE THEOLOGICO-PHI-  
 LOSOPHICARUM, NON POPULA-  
 ri trutinâ, sed artificis staterâ exa-  
 minandarum,

*S U B T R A C T I O*

**C L A R I S S I M I D O C T I S S I M I -**  
 QUE VIRI, DN. M. HENRICI GUTHBER-  
 lethi, Philosophiæ in illustri scholâ Nasso-  
 vica. Sigenensi, Professoris  
 publici,

Respondentis partes agente J O D O C O A L S T E-  
 D I O Ballersbacense Nassovio.

Τοῦ φιλοσοφεῖν καὶ θεολογεῖν διδάσκων  
 ἦπερ τὸν βίον.



HERBORNE NASSOVIORVM  
 Ex officina typographica Christophori Corvini.

c l o c c VIII.

REVERENDIS ET DO-  
CTISSIMIS VIRIS,

Dn. JACOBO ALSTEDIO, verbi divini præconi in  
Bicken & Offenbach vigilantissimo, patri suo plu-  
rimū honorando:

Dn. JACOBO FUNCCIO, Ecclesiaz Tridorsianæ  
pastori fidelissimo juxtā ac dignissimo, affini suo  
longè charissimo:

N E C — N O N

PER MODESTO, PIO, AC DOCTO JU-  
veni-viro, Dn. JOHANNI HEINRICO ALSTE-  
DIO, fratri suo germano:

Hanc questionum syllogen

lubens meritoq;

inscribit & offert

Respondens.

QUÆSTIO I.

*An conceptus nostri de D e o p o s s i n t d i c i v e r i , &  
quo sensu?*

I.

**N**on est optimum in natura diutissimè vivere, sed sapientissimè.

II.

Hominis enim vita non hæc est, sed via ad vitam, quæ æterna est. Aliis animantibus quod adest, suum ipsorum est; homini quod adest, est propter id quod abest. Abest enim quod suum ipsius est. Scalig. exercit. 204. sect. 2.

III.

Sapientissimè autem vivere est, entium causas rimari, mirari.

IV.

Quare, quum solus Deus sit causa sine causâ, & Ens absque Ente, Scalig. exercit. 359. sect. 2: nulla tam decet homines contemplatio, quam Dei architectæ illius unitatis.

V.

Paucis autem multa dicenda sunt. Paucis, quia de unitate multa, quia de infinito, exercit. 365. sect. 2. Sed quæ propria finiti ad infinitum? nihil ad aliquid? An nostrâ multâ intellectione metiemur infinitatem? An cognoscemus eum, qui est omnia, & super omnia, & præter omnia? Scilicet hoc est, quod nos anxious tenet. Etenim cognitio est cognoscens & cogniti assimilatio. Deus autem creator nullo modo assimilari potest creaturæ.

VI.

Hinc nonnulli dubitavere, an conceptus nostri de

A ij

Deo possint dici veri. Quum enim unam Dei essentiam per varia attributa cognoscamus, adeoq; unum concipiamus quasi multitudinē præferat, non immerito dubitari potest.

VII.

Hanc rem ut τοφῶς καὶ ταφῶς enodemus, necessum est.

VIII.

Exspatiemur igitur in hortos metaphysicorum, & florulos de conceptu decerpamus.

IX.

Conceptus est verus vel falsus.

X.

Verus est, qui verè in rem convenit.

XI.

Estq; adæquatus, exactus, distinctus: vel imperfectus & analogicus.

XII.

Adæquatus est, qui ἡ πλῶς perfectè repræsentat rem: si dictus, quòd rem adæquet.

XIII.

Imperfectus est, qui πῶς & καὶ ἀναλογία rem significat.

XIV.

Falsus seu inanis est, qui est præter rem, seu cui prorsus nihil in re respondet. Talis est conceptus Angelis sub specie maris: Deus sub persona hominis cani.

XV.

Analogici conceptus causa est duplex. 1. Imbecillitas nostri intellectus. 2. Nonne natura abstrusa, ejusque vel perfectione vel imperfectio. Isto modo Theologi peccatum, & Philosophi materiam primam difficultimè cognosci asserūt, nempe propter debilem entitatem. Illo verò modo Deus Opt. Max. analogicè, sed tamen verè à nobis cognoscitur.

XVI.

XVI.

Sicut igitur peccatum, & materia prima propter imperfectionem perfectè cognosci nequeunt: ita conceptus nostri de Deo, ejus essentiam non adæquant propter summam perfectionem.

XVII.

Deus igitur recipitur; quantum potest à recipiente: non autem quantus ipse est. Ac tametsi cognoscimus, Deum infinitum esse, non tamen cognoscimus ipsam infinitatem.

XVIII.

Homo cognoscit Deum (cum Scholasticis sanioribus loquor) non in quantum est cognoscibilis, sed in quantum intellectus est cognoscitus: non cognoscit omnipotenciam, infinitatem, æternitatem, sed dicit quod Deus sit omnipotens, infinitus, æternus.

XIX.

Videmus ergo aliquantum, quid sit Deus, quasi per numerum solis lumen: immò uti cogimur vocibus tenebrosis ad lucem significandam.

Quæstio II.

*An propria adjuncta, que Græcis ἐπουράδη dicuntur,  
posint communicari?*

I.

**A**ντανεῦντες nos: καὶ τακεῦντες quidam male feriati, qui corporis Christi omnipræsentiam incautis obtrudere satagunt, tenent.

II.

Pro thesi negante militant quamplurima argumenta: quorum unico contenti erimus.

III.

Qui asserit, Propria communicari posse, implicat con-

A iii

traditionem. Nam si proprium unius posset fieri proptium  
alterius, desineret esse proprium. Hoc διδούσιν γέγοναληματαί.

IV.

Antagonistæ pro suâ αντίθεσι hæc afferunt: 1. Anima  
cum corpore communicat vitam. 2. Ignis communicat fer-  
ro calorem. 3. Divina Christi natura communicat humanæ  
omnipotentiam, omnipræsentiam.

V.

Hæc proferunt ceu ἀλυτα & palmaria. Diluamus igitur.

VI.

Primò sic arguunt: Vis audiendi, videndi &c. datur ab a-  
nimâ corpori. Ergo quædam essentiales proprietates animæ  
realiter communicantur corpori ut σκηνικός. 2. Distinguen-  
dum est inter propria animæ & inter potentias sensitivas. Po-  
tentia sensitiva, ut videndi, audiendi, gustandi, olfaciendi &  
tangendi, item dijudicandi & imaginandi, non sunt idiomata  
animæ, non insunt animæ ut in subjecto, sed sunt propria ani-  
malis, ut totius compositi, quæ ab anima ut efficiente produ-  
cuntur. Non subjectivè inhærent in ipsâ animâ, sed commu-  
nes sunt animæ cù corpore, hoc est, existunt in ipso compo-  
sito, ut in subjecto proprio, ab animâ tâquam principio per cor-  
pus, ut hæ actiones cōpositi revera sint & dicantur εποτελεσματα,  
agente animâ quod suum est, & corpore quod suum est, quæ  
τερεψεια philosophis dicuntur & sunt distinctæ, ut ipsæ essentia-  
les partes distinctæ sunt. Anima dicitur vivere formaliter,  
corpus instrumentaliter. Næ igitur ἀπαιδεύτοι, qui confundunt  
effecta cum proprietatibus essentialibus.

VII.

Deinde ignis ejusq; lux calor sunt in ferro, non μέταβα-  
λικῶς, transitione è subjecto in subjectum: sed ἐνεργητικῶς, id est,  
ignis in ferro producit lucem & calorem, non eundem nu-  
mero, sed specie, seu numero aliud ac diversum. Sic lux solis  
est in

est in aëre, non *μεταβαλλόμενος*, ita ut transeat è corpore solis in aërem: sed *ἐνεργούμενος*, productione luminis.

VIII.

Tertiò theologi rectè statuunt, communicationē idiomatum non valere in abstracto, sed in concreto. Nam *ὑπέλειψη* & nomina officii convenient personæ Christi *θεαυτόπου* secundùm utramq; naturam, utrâque id quod suum est, operante. Ergo verbi gratiâ, vivificatio est *ὑπέλεισμα*, id est, *ἐργον θεαυτοποίησης*. Christus *θεαυτόπωτος* est omnipotens: non autem humana natura. Certè, si una proprietas esset communicata, utiq; omnes, utpote qui naturaliter & essentialiter pendent ab uno principio. Atqui hoc falsum. Non enim immensitas, non æternitas communicata. Communicantur in personâ seu *καρκίνοις*, quæ in unaquaq; naturâ propriæ permanent. Proprietates naturarum sunt personæ communes: quia ut est unio, ita quoq; communio. Itaq; omnipotentia, quæ proprietas est divinæ naturæ, humanæ naturæ neq; per formalem inherentiam, neq; per gratiam habitualem tribui & inesse potest: alioqui fieret naturarum confusio in personâ.

IX.

Neque hîc quicquam juvant inanes distinctiones inter  
*τὸ εἶναι καὶ ἔχειν*; *Ζεῦς καὶ αὐτὸς*; *καθ' ἀντὶ καὶ κατ'* *ἄλλο*. Carent enim hæc distinctiones omni fundamento, & S. scripturæ patrocinio omni destituuntur.

Quæstio III. Logica.

An per verbum disserendi Logicæ natura commode exprimatur?

I.

P. Ramus dialecticam artem benè disseredi definit; quam  
benè, acriter disputatur.

debet. Solidè enim tam formam, quām finem declarat.

Est autem disserere nihil aliud, quām quod Græcis est διαλέξεως, &c maximè intelligendum est de λόγῳ ἀντιτύπῳ: nimirum disserere est, rem quamlibet, cum ratione quoquo modo tractare, quod fit argumenta inveniendo, scilicet dum rerum ad res alias relatarum affectiones inquirimus, deinde inventa judicando.

Hinc Philippus Melanchthon hujus artis facultatem eleganter expressit hisce verbis: Dialectica est ars rectè, ordine, & perspicuè docendi. Quum dicit, *recte*, indicat mentis rectitudinem in disserendo. Quum dicit, *ordine*, postulat in conferendo & disputando concinnum ordinem. Quum dicit, *perspicue*, omnes vult ablatas in disserendo obscuritates. Obscuritas autem & sermonis & ordinis elegantiâ facile tollitur.

Placet itaq; definitio Keckermannii in compendio systematis: Logica est ars dirigens mentem in cognitione rerum; ubi exprimere voluit cum genere objectum & finem.

Minùs autem placet definitio Crellii, qui pro forma vel potius fine Logicæ ponit, verū à falso discernere. Licet enim hic finis sit principalis, non tamen est adæquatus. Sane Logica, ut ab Aristotele tradita est in Organo, finem sibi proprium habet syllogismum, tanquam nobilissimum instrumentum logicum: Interim tamen reliqua instrumenta non sunt temere prætereunda; nec enim tota rationis vis in syllogismo cernitur, sed etiam in simplici explicatione & methodo.

## Quæstio IV. Optica.

Utrum visio fiat emissivè, an verò immisivè.

I.

IN hâc quæstione triplex invenitur sententia. Prima est, visionem fieri  $\tau\alpha\theta' \epsilon i\sigma\mu\pi\eta'$ , id est, secundum immisionem, ita ut radii visivi ab objecto immittantur in oculum, eiq; visibilis objecti speciem deferant. Altera est, visionem fieri  $\tau\alpha\theta' \epsilon i\pi\mu\pi\eta'$ , id est, secundum emissionem, ita ut radii visivi emitantur ex oculo in rem objectam, indeque speciem sumant. Tertia est, visionem fieri per  $\sigma\omega\alpha\gamma\epsilon\alpha$ , id est, corradiationem, ita ut species ab objecto, & radii visivi, in medio  $\delta\alpha\varphi\alpha\nu\epsilon$  concurrent.

II.

Nos producemos duo tantum argumenta; è theatro physico unum, ex optico alterum; quæ ceu  $\alpha\lambda\eta\lambda\epsilon i\sigma\delta\chi\eta\eta$   $\chi\mu\pi\mu\pi\eta\tau\alpha\eta$   $\epsilon i\delta\alpha\lambda\alpha\eta$  stabilient.

III.

Arg. 1. Omnes sensus fiunt in instrumento suo. Auditus fit recipiendo, ut & olfactus, &c. Oculus autem est instrumentum visus. Scalig. 297 sectione 3. exercitat. 298. sect. 16. Ergo in oculo erit visio, non extra. Anima namq; non operatur extra corpus. Sic & res visa judicatur in oculo. Ergo & ibi sit necessum est.

IV.

Arg. 2. Decantatum est opticorum  $\alpha\xi\lambda\omega\alpha$ : Visibile excellens lædit sensum. Sic solis jubar, sic fulgor fulgetri usq; adeò lædunt oculos, ut aut excæcent, aut visum hebetiorem efficiant, aut saltem diutiùs relinquat splendoris sui reliquias in organo. At quis sanæ mentis dixerit, hoc evenisse oculo propter emissos visivos radios, & ab aspectabili excellenti læsos, cum impressio heic fiat, & corruptio organi.

B

Huc pertinet, quod optici dicunt, oculum esse speculum animatum. Scalig. exercit. 298. sect 16. Iccircò sicut in speculo nullâ ab eo factâ emissione species objectæ recipiuntur: ita quoq; in oculo ceu speculo fit rei visibilis receptio.

Προσθίνι.

I. Utrum summum hominis bonum consistit in theoriâ, an verò in praxi? Respond. In theoriâ consolationis plenissimâ, puta in contemplatione Dei nunc & in omne ævum nobis propitiâ.

II. An cometa est stella? Neg.

III. An dæmones edunt & bibunt, Venere utuntur & problem gignunt? Neg.

IV. An fœminas esse homines, apertis sacrarum literarum verbis probari potest? Affirm. Gen. 1. v. 27. item 5. v. 2.

V. Nemo dicendus est probus nisi ex habitu omnium virtutum. Virtus namq; est una copulativa.

VI. Electi ad vitam æternam efficaciter jam vocati non admittunt nō Quale, sed nō Quantum fidei.

DEO UNI ET TRINO HONOR.

## ODARION

Παροξυμικὸν καὶ παρινεῖλὸν ἀδελφότητον ἔνεγκα appositum à Joanne-Henrico Alstedio Philol. & Theol. studio.

Ἄφρων ὃς σοφίην καλέει Λεῦδος, καὶ φεύσιν

Φιλόσοφον φεύσιν Τοῦτον ἀμουσον ἐρῶ.

Ἐσι μὲν ἐν σοφίῃ μερόπων πολυμάθητος φεύδην.

Α'λλαχι ἀσφενίς εἰς ἐν τῇ σοφίῃ

Φιλόσοφοι πέλεες θεράποδες καρφωσιν ἀδιόξοι,

Μυζοχεύφοι πολλοί, καὶ παραδοξογείσοι.

Φιλοκάλοι δὲ φρέπει τούτοις τε μυζικά λέπταιν,

Ἐν τε κακῶν δισ καὶ σῆσ καλὰ πάντα λέγειν.

Εσ χέρ' ιοῦσε λαβεῖν δεῖ βιβλία φιλοσοφέντων,  
Βιβλία δεῖ τε θεῶν εἰς χέρ' ιοῦσε λαβεῖν  
Σύγλομον εἰ φιλέεις λόγον, ή πάντα λόγον κόσμου  
Ισορίν· ταῦτ' οὐ εἰς χέρ' ιοῦσε λαβέ·

Aliud ejusdem ad eundem.

E St hera nobilior famulā. sic dextera levā:  
Sic quoq; Theologie nobilior sophia.  
Illa dabit fontem verae sapientiae, at ipsa  
Rivum doctrinam huc parturit, illa parit.  
Nam ratio in sacris est deliratio rebus:  
Illiū at forma est norma q; vera fides.  
Qui dextre informat latitan rationis acumen,  
O quater & quoties ille beatus erit!  
Impura at puris qui profert fonte relikt,  
Vah quater & quoties ille misellus erit!  
Macte igitur frater charissime, macte Jodove,  
Et quo cœpisti tramite semper eas.  
Nam sophia ad latus est ceu fida pedis sequa, sacra  
Theologia in corde est, en sophia ad latus est.  
Harmoniam monstras fidei & rationis, & inquis  
Candida quoddratio, candida quodq; fides.  
Hostes pelle Dei his scutis, umberibus, armis,  
Papicolasq; fuga, Flaccicolasq; fuga:  
Et contunde strophas, quas nelectunt cung; Sunt  
Noctilatentivori, decipiidi scioli.  
Ha siquidem Furia turbant Germanidos oram,  
Italia hisce nepi mœstiter ita jace.  
Maximus ille Deus, Deus optimus ille deorum  
Faxit ut evadas Pierii alpha chori.  
Hic, inquam, meliora tibi majora q; donet,  
Quām vel ego vorveam, quām vel & ipse velis.  
Si quid posse velis, si nosse & habere vel esce,  
Viribus, ingenio, ac artibus, eloquio:  
Numen prestatib; Christi, ter amabile numen,  
Quō sis, quō possis, noveris ac habeas.

AD ORNATISSIMUM ET DOCTISSIMUM JUVENEM, D.N. JODOCUM ALSTEDIUM,  
amicum suum charissimum.

D Etestanda graves adfert confusa clades,  
Omnia perduntur nullus ubi ordo datur.

Miles nō certā maneat statione peribit,  
Expers consilii vis bene firmaruit.  
Sic studiis male consulitur sacerdo ordine, namq;  
Quicquid confusum est non bene cedit opus.  
Esto sit ingenium quo non fœcundius ullum,  
Si methodum spernit spernit & artis opus.  
Alstedi sapienter agis, quando ordine recto  
In studio pergis currere ritè tuo.  
Tu facile potes optatam contingere metam  
Quod frater fecit tu facis illud idem.

L. M. Q.

apposuit

Thomas Dubinus Mezicensis Moravus.

ALSTEDIENSIS LIBRARY

CARMEN GRATULATORIUM

AD DOCTE PIUM, ET PIE DOCTUM  
ADOLESCENTEM, DN. JODOCUM ALSTEDIUM  
amicum & contubernalem suavissimum, &c.

**F**loribus ex variis ut apis dulcissima mella  
Sugit; formica ac optima grana legit:  
Seligis, Alstedi, sic tu problema docta  
Artibus ex variis; qui labor eximius.  
Eximius quid ni? quum sint collecta labore  
Magno, qua nullo despicenda modo.  
His sine qui cupiet reliquias volitare per artes,  
(O monstrum horrendum!) semper ineptus erit.  
Sedule, sic insta, sic pergit, docte Jodoc.  
Alstedi, semper condecorare patrem.  
Hinc laus, hinc virtus, hinc gloria magna paratur,  
Gloria qua nullā est interitura die.  
Si sic in studiis felix contriveris et vium,  
Tum tua post mortem fama perennis erit.

Philippi Sengelii Dillenber-  
gensis Nassovii.

8. I. 1. R.

D


Eσ X<sup>sp</sup>  
B1  
Σύντομον  
1'50

M.J.T.

A D  
SIM

D O C T I S -  
L S T E D I U M ,

B yy



the scale towards document